Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

inde ad siluas indorum ultimas· ubi cum castra
per l· in longum stadia· et latum fere· c· col
locauimus· iuxta amnem beumar: ceperamus
uelle soporari· uel epulari pura sub nocte·
Hora diei xi· subito pabulatores lignato
resque examinati· omnes simul aduenerunt· di
centes· ut celeriter arma caperemus· nuncian
tesque uenire e siluis elephantorum inmensos gre
ges ad expugnanda castra· Imperaui tum ego
thessalicis equitibus· ut ascenderent equos·
secumque tollerent sues· quorum grunnitum timere
bestias noueram· et occurrere primum elephan
tibus iussi· deinde alios cum hastis armatos sub
sequi equites· et tubicines omnes in prima acie ad e
quis insidentes precedere· pedites omnes rema
nere in castris iussi· ipse cum poro rege et equi
tatu procedens· uidi agmina bestiarum in nos
erectis promuscidibus tendentia· quarum terga
nigra et candida· et rubri coloris· et uaria quae
dam erant· Hos porus rex capabiles in multis
bellorum affirmabat· facileque auerti posse· si ab